Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et ad duxerunt eum ad tribunal
dicentes. quia contra legem hic p
suadet hominibus colere deum. I
capiente autem paulo aperire os dix
gallio ad iudeos. Si quidem in i
quum aliqui aut facinus aliquod
pessimum esset. o viri iudei recte
nos sustineren. Si uero questiones
sunt de uerbo et nominibus legis
uestre uos ipi iuderitis. Iudex ego
horum nolo esse. Et minauit eos
a tribunali discedere. apprehendentes
autem omnes sostenem principem si
nagoge percutiebant eum ante tri
bunal. nichil eorum gallioni cure e
rat. Paulus uero cum adhuc susti
nuisset dies multos. fratribus uale
faciens navigauit syriam. et cum eo
priscilla. et aquila qui sibi tonderat
capud in cenchris. habebat enim votum
deuenitq; ephesum. et ibi illos dere
liquit. Ipe uero ingressus synago
gam disputabat cum iudeis. Rogan
tibus autem eis ut ampliori tempo ma
neret apud eos. Non consensit. sed
valefaciens et dicens oportet me
sollempnem diem aduenientem fa
cere iherosolimis. et iterum reuertar
ad uos deo volente. Profectus est
ab epheso. et descendens cesaream
ascendit et salutauit ecclesiam. et de
cendit antyochiam. et facto ibi ali
quanto tempore profectus e pam
bulans ex ordine galaticam regione
et frigiam confirmans omnes disci
pulos. Iudeus autem quidam apollo
nomine alexandrinus natione uir
eloquens. deuenit ephesum. potens
in scripturis. hic erat edoctus uia
domini. et feruens spiritu loquebat
ur. Et docebat diligenter quæ sunt
iesu. sciens tantum baptisma io
hannis. Hic ergo cepit fiducialiter
agere in synagoga. Quem cum au
dissent priscilla et aquila assump
serunt eum et diligentius exposu
erunt ei uiam dei. Cum autem uelle
re achaiam exhortati fratres scp
serunt discipulis ut suscipent eum
Qui cum uenisset contulit mul
tum his qui crediderunt. Vehemen
ter enim reuincebat iudeos publice
ostendens p scripturas esse christum

XIX

Factum est autem cum apollo esset corinthi et paulus
pagratis superioribus partibus ue
niret ephesum. et in uenisset quosdam
discipulos dixit ad eos. Si spiritum
sanctum accepistis credentes. At
illi dixerunt ad eum. Sed neq; si
spiritus sanctus est audiuimus. In
quo ergo baptizati estis.
Qui dixerunt. In iohannis bapti
smate. Dixit autem paulus. Johes
baptizauit baptismo penitencie
populum dicens in eum qui uenturus
est post ipsum ut crederent. hoc est
in iesum. His auditis. baptizati
sunt in nomine domini iesu. Et
cum imposuisset illis manus pau
lus. uenit spiritus sanctus super eos
et loquebantur linguis. et prophe
tabant. Erant autem omnes uiri